

male fovens pacem in terra sua et apud suos diu dissimulasset
 per subditos terre sue et familiares sibi vicinos nobiles et mi-
 litares mercatores et peregrinos homines, subditos dicti ducis
 Brabantie, in stratis regis et viis publicis sepius depredari,
 et in quoscunque viatores insolenter agi, predictus dux Bra-
 bantie accepta a fratre suo imperatore sub hac auctoritate ^{l)}
 quasi dictum ducem Juliacensem et suos huiusmodi recipi-
 tice iniurias et insolencias ulciscendi contracto copioso mi-
 litari exercitu virorum electorum, nobilium, baronum atque
 militarium de Francia, Flandria, Brabantia, de comitatu Ma-
 murensi et terra Leodiensi applicuit ad fines terre Julia-
 ensis. Ex adverso autem dictus dux Juliacensis congregato
 exercitu, cui tunc in auxilium accessit Edwardus dux Gelrisensis,
 cuius quidem sororem Mariam idem dux Juliacensis habuit
 in uxorem cum valida manu armatorum, convolantibus
 quoque ad eundem ducem Juliacensem subito de vicinis
 partibus Reni undique tam ultra quam citra positis
 multis militaribus viris non tam ipsi duci in auxilium quam
 ad predam exercitus Brabantini apparatu et divitiis opu-
 lenti, commissum est prelium campestre cum toto quo-
 ex cruentissimum inter ipsos, ubi victoria cedente dicto
 duci Juliacensi dux Brabantie capitur cum toto quasi suo
 exercitu, utpote cum duobus milibus viris militaribus, baro-
 nibus, nobilibus et armigeris; ubi de utriusque exercitu
 l) ita cod.